

# Chapter Five

Haec est enim charitas Dei, ut mandata Eius custodiamus.

## Psalm 36; Caesar [6]; Horatio Cocles; Pentecost; Hercules; The Serpent and His Son

### I. Class Begins

Magister: Salvete, Discipuli!

Discipuli, Salve, Magister!

Magister: Narrare potestis nobis tria quae didicistis legendā primā parte Actorum?

Clara: Memoriā teneo unam partem. Lucas hoc ad Theophilum scripsit.

Marcus: Didicimus de ascensione Iesus in caelum. Erant duo homines qui vere angeli stantes ibi.

Gaia: Apostoli oraverunt et rogaverunt Deum ut deligat hominem ut locum ministerium Iudas (gen.) accipiat.

Magister: Hodie legemus secundum lectionem Actorum Apostolorum. Incipiamus.

Ioannes: Placeo si libet<sup>1</sup>, nonne incipiam?

Magister: Ita vero.

### II. Psalmus XXXVI. You may use your Bible for help.

1. pro victoria servi Domini David,
2. Dixit scelus impii in medio cordis eius. Non esse timorem Dei ante oculos eius,
3. quia dolose egit adversum eum in oculis suis ut inveniret iniquitatem eius ad odiendum.
4. verba oris eius iniquitas et dolus. cessavit cogitare et benefacere.
5. iniquitatem cogitat in lecto suo; stabit in via non bona malum non abiciet;
6. Domine, (est) in caelo misericordia tua; fides tua usque ad nubes.
7. iustitia tua quasi montes; Domine iudicium tuum est abyssus multa homines et iumenta o Domine.
8. quam pretiosa est misericordia tua, Domine, et filii Adam (gen.) in umbrā alarum tuarum sperabunt
9. inebriabuntur de pinguidine domus tuae et flumine deliciarum tuarum potabis eos
10. quoniam tecum est fons vitae; in lumine tuo, videbimus lumen.
11. pretende misericordiam tuam scientibus te, et iustitiam tuam rectis corde.
12. ne veniat mihi pedes superbiae et manus impiorum non me commoveat.

[\\*Online Dictionary](#)

---

<sup>1</sup> if you please, or please.

### III. Caesar [6]

#### A. The Decision

The Helvetii needed to decide which route they would take, the more dangerous one over a narrow pass or the easier one which even had a bridge from the town of Geneva across the river which they could possibly use. However, this route went directly through the province protected by Rome. Which one do you think they would decide upon?

#### B. Which route will the Helvetii take?

[6] Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: unum per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, vix qua singuli carri ducerentur, mons autem altissimus impendebat, ut facile perpauci prohibere possent; alterum per provinciam nostram, multo facilius atque expeditius, propterea quod inter fines Helvetiorum et Allobrogum, qui nuper pacati erant, Rhodanus fluit isque non nullis locis vado transitur. Extremum oppidum Allobrogum est proximumque Helvetiorum finibus Genava. Ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet. Allobrogibus sese vel persuasuros, quod nondum bono animo in populum Romanum viderentur, existimabant vel vi coacturos ut per suos fines eos ire paterentur. Omnibus rebus ad profectionem comparatis diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conveniant. Is dies erat a. d. V. Kal. Apr. L. Pisone, A. Gabinio consulibus.

**The word order is changed for you, and abbreviations are written out.**

[6] Erant omnino duo itinera, quibus itineribus possent exire domo: unum per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, qua singuli carri vix ducerentur; autem altissimus mons impendebat, ut perpauci facile possent prohibere; alterum per nostram provinciam, multo facilius atque expeditius, propterea quod inter fines Helvetiorum et Allobrogum, qui nuper pacati erant, Rhodanus fluit -que is nonnullis locis transitur vado. Genava est extremum oppidum Allobrogum -que proximum finibus Helvetiorum. Ex eo oppido pons pertinet ad Helvetios. Existimabant sese vel persuasuros Allobrogibus, quod viderentur nondum bono animo in populum Romanum, vel coacturos vi ut paterentur eos ire per suos fines. Omnibus rebus comparatis ad profectionem dicunt diem, qua die omnes conveniant ad ripam Rhodani. Is dies erat ante quintum diem kalendarum Aprilis; Lucio Pisone, Aulo Gabinio consulibus.

#### C. Translate.

1. They could go out from home by two routes. 2. With difficulty they dragged their wagons one at a time<sup>1</sup>. 3. The road is <sup>2</sup>so narrow<sup>3</sup> that we can easily keep off the enemy. 4. The road through the province is free<sup>4</sup> from obstacles. 5. These two routes are much easier. 6. What can be easier<sup>5</sup> than the second route? 7. What<sup>6</sup> river flows between the Helvetians and the Allobroges?

#### \*Online Dictionary

<sup>1</sup> *Single or singly.*

<sup>2</sup> **tam.**

<sup>3</sup> Result clause; **ut** with pres. subjunctive following primary tense.

<sup>4</sup> Use the positive of **expeditius**.

<sup>5</sup> What two constructions could follow the comparative form of an adjective? Look back at Vol. II, Chapter 13.

<sup>6</sup> The interrogative adjective, not the pronoun.

8. One road is narrower than the other. 9. You don't seem to have a friendly disposition<sup>1</sup> towards me. 10. Let<sup>2</sup> me go over the bridge. 11. <sup>3</sup>I think I shall compel you <sup>4</sup>to let me go. 12. On that day, they all <sup>5</sup>assembled at the bank of the Rhone.


#### IV. Horatio Cocles (circa 508 B.C.)

[\\*Online Dictionary](#)

*Horatius Cocles was an officer of Rome who bravely defended the Pons Sublicus from the attack of Lars Porsenna. In 509 BC, Porsenna's Etruscan army attacked Rome. The Romans were afraid and cowardly, except for Horatio who bravely guarded the bridge so that the enemy could not cross.*

*The expression "Horatio at the Bridge" refers to this courageous soldier. Be sure to click on the animated link about the bridge, or google Horatius at the Bridge. The [map](#) is here.*

Porsena, rex Etruscorum, [ad restituendos Tarquinius] [cum infesto exercitu] Romam venit. Primo impetu Janiculum cepit. Non umquam alios ante tantus terror Romanos invasit; [ex agris] [in urbem] demigrant; urbem ipsam saepiunt praesidiis. Alia urbis pars muris, alia Tiberi obiecto tuta videbatur. Pons Sublicius iter paene hostibus dedit, nisi unus vir fuisset, Horatius Cocles, illo cognomine appellatus, quod [in alio proelio] oculum amiserat. Is, extremam pontis parte occupata, aciem hostium solus sustinuit, donec pons [a tergo] interrumperetur. Ipsa audacia obstupescit hostis; ponte recisso armatus [in Tiberim] desiluit et multis superincidentibus telis incolumis [ad suos] tranavit. Grata tanta virtute civitas fuit; Horatio tantum agri publice datum est, quantum uno die circumarare potuit. Statua quoque ei [in Comitio] posita [est].



<sup>1</sup> to be of good mind; use Ablative of Description

<sup>2</sup> permit me that I may go.

<sup>3</sup> me to be about to compel.

<sup>4</sup> that you permit.

<sup>5</sup> come together to.

## V. Reading Lesson

### Pentecostes – Feriae Primorum Fructuum – Messis Universalis

**Section A.** The disciples receive the Holy Spirit. Refer to Acts 2.

Decimā die postquam Iesus in caelum ascenderat erat dies Pentecostes, nomine "ferias primorum fructuum". Hae feriae, quae "Feriae Pentecostum" appellatae sunt (Pentecostes sunt quinquaginta) quinquaginta diebus post <sup>1</sup>pascha accidit. Hoc erat tempus ubi Domino Deo primam messem tritici suorum<sup>2</sup> dederunt. Milia Iudaeorum (ad) Hierusalem a toto mundo venerunt ut has ferias celebrarent.

Quoniam erat primus dies hebdomadae, sectatores Iesūs in eodem loco in Hierusalem in cenaculo convenerant ad Ioannis patris domum. Primo die omnis hebdomadae constituerant ut orarent et aliis narrarent Iesum mortuum non esse. Iesus resurrexerat et ad caelum ascenderat ut ad dexteram manum Dei Patris sederet.

Chuzā et Fidelius et Quintus et milites ab itinere ad Caesaream ante paulo tum redierant ut cum omnibus aliis sectatoribus<sup>3</sup> congregarentur. Eorum familiae ibi erant etiam Maria, mater Iesūs et Maria Magdalena et Iesūs fratres et Lazarus et suae sorores Maria et Martha et nonnullae servae cum Marthae ancillā Marsellā et Susanna et suus filius<sup>4</sup> Maternus, et Simon Leprosus et sua familia, et Ioseph Arimatheae et Nicodemus et familia et sui duo liberi, et Zaccheus et sua familia et nonnulli Iesūs avonculi et materterae et consobrini. Liberi quoque erant ibi et plures fere quam centum et viginti.

Erat secundā horā post primam lucem. Petrus oraverat. Omnino erant. Subito sonus venti fortis in cenaculum venit, et replevit totam domum ubi sedebant. Apparuerunt illis bifidae linguae sicut ignes, hi bifidae linguae sederuntque supra singulos in cenaculo. Sancto Spiritu completi sunt, aliis linguis loqui incipiebant quas Spiritus Sanctus illis dedit.

Iesus illis imperaverat ut in omnem mundum irent et populis omnia, quae eis docuerat, docerent. Nesciverunt quomodo hoc facere possent. Sed hoc die ubi magnus sonus domum quatiebat et linguae ignis supra singulos eorum sederunt, sciverunt quae eis facienda erunt. Iudaeis et aliis ab semotis locis illius linguā exactā loci dicere poterunt, et eis veritatem de Iesu narrare.

**Section B.** Continuing his sermon to the people. Look at Acts Chapter Two for help.

Dum omnes in cenaculo gaudebant et Deum laudabant, multitudo (ad) domum venit ut causam omnis clamoris invenirent. Nonnulli qui erant inter turbam erant Iudaei religiosi habitantes in Hierusalem et homines ex omni natione sub caelo. Erant Parthi, et Medi, et Elamitae, et qui habitant in Mespotamiā, Judaeā, et Cappadociā, Ponto, et Asiā, Frygiā, et Pamphylīā, Aegypto, et in partibus Libyae quae est circa Cyrenen: et advenae Romani, Iudaei quoque, et proselyti, Cretes, et Arabes. Omnes in hac multitudo audiebant eos loquentes suis linguis de magnalia Dei.

Ubi fama circa Hierusalem longe et late volavit multi venerunt, et parva multitudo maxima multitudo fiebat. Omnes quoque stupebant, dicentes, "Nonne ecce omnes isti loquentes Galilaei sunt?"

Erant tam multi homines ut domum ingredi non possent, itaque undecim apostoli domo venerunt. Hominibus linguis indigenis locuti sunt. Homines dubitabant dicentes ad invicem, "De quo est hoc?"

Alii autem ridentes dicebant, "Quia vini novi pleni sunt isti."

<sup>1</sup> **post Pascha**, after the Passover feast

<sup>2</sup> *first harvest of their wheat crop.*

<sup>3</sup> **congregarentur**, DP Verb, *meet*. A Purpose Clause.

<sup>4</sup> **Maternus**, do you remember him?

<sup>1</sup>Stans autem cum undecim Petrus levavit vocem suam et locutus est eis, "Viri Iudaei et omnes qui habitatis in Hierusalem, hoc vobis notum sit, et auribus accipite verba mea.

Non enim sicut vos putatis hi ebrii sunt cum sit horā diei tertiā,  
sed hoc est quod dictum est per prophetam Iohel,

‘Et erit in novissimis diebus,’ dicit Dominus. ‘Effundam de Spiritu meo super omnem carnem et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae; et iuvenes vestri visiones videbunt, et seniores vestri somnia somniabunt.

Et vere super servos meos et super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, et prophetabunt.

Et dabo prodigia in caelo sursum et signa in terra deorsum, sanguinem et ignem et vaporem fumi.

Sol convertetur in tenebras et luna in sanguinem antequam veniat dies Domini magnus et manifestus.

Et erit omnis quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit.

Viri Israelitae, audite verba haec: Iesum Nazarenum, virum probatum a Deo inter vos, et miraculis, et signis, quae fecit Deus per illum in medio vestri, vos etiam scitis:

hunc, consilio et praescientiā Dei traditum, per manus malorum crucifixistis et necavistis; quem Deus resurrexit.

**Section C.** Peter’s sermon concludes and the results!

Certissime sciat ergo omnis domus Israel, quia et fecit Eum Deus, hunc Iesum, quem vos crucifixistis, Dominum et Christum.

His autem auditis, compuncti sunt corde, et dixerunt ad Petrum et ad reliquos Apostolos: Quid faciemus, viri et fratres?

Petrus vero inquit ad illos: Poenitentiam, inquit, agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum: et accipietis donum Spiritus Sancti.

Vobis enim est promissio, et filiis vestris, et omnibus qui longe sunt, quoscumque vocaverit Dominus Deus noster.

Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, et exhortabatur eos, dicens: Salvamini a generatione ista prava.

Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt: et appositae sunt in die illā animae circiter tria milia.

***\*Online Dictionary Vulgate Bible***

---

<sup>1</sup>This indented section is taken directly from the Acts Chapter 2, beginning with verse 14, and is lacking capitalization as the Latin Bible does. You may use your Bible for help if you need to.  
<http://www.latinvulgate.com/>

Globus parvus sectatorum non erat parvus nunc. Quam glorificum diem! Post baptizati sunt, omnes hi tres milia virorum feminarumque amici cum undecim apostolis et aliis sectatoribus Iesūs facti erant. Ubi multi ad suas patrias post ferias redierunt, magna beatitudo in suis animis incolebant; omnibus narrare volebant!

Regnum Christi et caeli ad terram venerat et crescere trans terram inceperat. Hi tres milia virorum feminarumque erant "Primi Fructūs" in Magna Messi Pentecostes.

*\*Online Dictionary*

**Responde Latine.**

1. Quid est verbum "Pentecost?"
2. Quid est nomen Feriarum?
3. Ubi erat Iesus?
4. Quid factum est cum populis in turbā cum Petrus oravisset?
5. Quid hic adiuuabat eos facere?
6. Propter omnia haec, quid factum multo die?
7. Quae omnes appellati sunt?

## Hercules!



**The Fourth Labor – Capturing the Erymanthian Boar**

The fourth labor which Hercules was ordered to perform was the capture of a famous wild boar who was terrifying the inhabitants of the region near the Erythmanthus Mountains.

When Hercules approached the boar, it fled, but the hero succeeded in throwing a noose over the animal and pulling him out of a ditch into which he had jumped in his panic. Hercules then carried it back to the king.

While on his way to the home of the boar, Hercules came into the land where the centaurs lived. Here he was courteously received by Pholus, one of the centaurs, who lived in a cave. In this cave was kept a cask of wine under the care of Pholus. Although Pholus objected, Hercules drew a cup of wine from this cask. The odor of the wine attracted the other centaurs, who came to the cave and attacked Pholus, trying to kill him.

Hercules beat off the attackers, using in defense of his host some of the arrows which he had poisoned with the blood of the Hydra. He pursued the centaurs until he had driven them to a safe distance.

Meanwhile Pholus picked up one of the poisoned arrows Hercules had shot. While handling the weapon, he accidentally dropped it on his foot, and the poison of the arrow caused his death in a short time. Hercules returned to find Pholus dead. The hero gave his friend's body a fitting burial and then he rested awhile after the vigorous exertions of the battle.

### **The Fifth Labor – Cleaning the Augean Stables**

Deinde Eurystheus Herculi hunc laborem graviolem imposuit. Augeas<sup>1</sup> quidam, qui illo tempore regnum in Eilde<sup>2</sup> obtinebat, tria milia boum<sup>3</sup> habebat. Hi in stabulo ingentis magnitudinis includebantur. Stabulum autem illuvie (*with dirt*) ac squalore (*filth*) obsitum erat (*was filled*); neque enim ad hoc tempus umquam<sup>4</sup> purgatum erat. Hoc iussus est Hercules intra spatium unius diei purgare.

Ille, etsi res erat multae operae<sup>5</sup>, negotium suscepit. Primum magno labore fossam duodeviginti pedum<sup>6</sup> fecit, per quam fluminis aquam de montibus ad murum stabuli perduxit. Tum, postquam murum perripuit (*he broke through*), aquam in stabulum immisit (*he let*), et tali modo, contra opinionem omnium, opus confecit.

### **The Sixth Labor – The Birds of Stymphalus**

Post paucos dies Hercules ad oppidum Stymphalum iter fecit; iusserat enim eum Eurystheus aves Stymphalides<sup>7</sup> necare. Hae aves rostra aenae habebant et carnem<sup>8</sup> hominum edebant.

Ille, postquam ad locum pervenit, lacum vidit. In hoc lacu, qui non procul erat ab oppido, aves habitabant.

Nulla tamen modo ad eas appropinquare poterat; lacus enim non est ex aqua sed e limo (*mud*) constitit<sup>9</sup>. Hercules igitur neque pedibus neque lintre procedere potuit. Tandem postquam magnam partem diei frustra consumpsit, hoc conatu destitit et ad Vulcanum<sup>10</sup> se contulit auxiliumque ab eo petivit.

Vulcanus, qui a fabris maxime colebatur, crepundia<sup>11</sup>, quae ipse ex aere fecerat, Herculi dedit. Hoc Hercules dirum crepitum (*noise*) fecit, et aves perterritae avolaverunt. Ille autem, dum volabant, magnum numerum eorum sagittis transfixit.

---

<sup>1</sup> *Augeas*, a proper name. (a jē' as)

<sup>2</sup> **Elis**, a city in Greece.

<sup>3</sup> **boum** is the genitive plural of **bos**, *cow*.

<sup>4</sup> With **neque**, *never*.

<sup>5</sup> *was (one) of great labor*.

<sup>6</sup> *eighteen feet wide*.

<sup>7</sup> *of Stymphalus*.

<sup>8</sup> From **caro**, **carnis**, *flesh*.

<sup>9</sup> From **consto**.


<sup>10</sup> *Vulcan*, the god of fire and metal work.

<sup>11</sup> *a rattle*; the form is plural; the meaning is singular.



## VI. Serpens et Filius Eius

Serpens filium monet,  
"Mihi adsis, O fili!"  
Tunc pater in alium serpentem ruit,  
mordicus corripit, et glutit.  
Filius patri dicit,  
"Tam nefarium facinus perpetras, O pater!  
Serpens ille de gente nostra est."  
Pater respondet,  
"Tace, fili inepte, tace.  
Sic agere mihi expedit.  
Serpens enim,  
si serpentem non devoret,  
draco non fit."  
Fabula docet:  
Homines potentes crescere solent  
ex alienis cladibus.



A bit of advice: Make sure your prey is dead  
before you swallow it, otherwise, it tickles...

## A Problem for Latin Students

#1450

(credit to atticussion)

When you start to write like  
Caesar

[latin-student-problems.tumblr.com](http://latin-student-problems.tumblr.com)